Petrus de Aliaco
Supe Cantica Cant.
Item
Supe 7 Psalmos Pen.

Gersonis Historia
theologizata

Guillelmi Parisiens.
de Beneficijs

Tractatus de pluralit.
beneficiorum

Lucifer Epla ad
Principes Ecclesie

Gerson de mundicia
cordis
De simplicitate Cordis

Tractatus de laude
caritatis et
De suavitate dilectionis

Defensorium Curatorum
Contra eos qui se
privilegiatos dicunt

Epla [illegible] ad Dedonem
Francorum Regem


Tractatus de Sacramento
et Celebre Missarum

[illegible] Cameracensis
expositio Canonis

[illegible] 35







15.



Expositio canonis misse a domino odone cameracensi episcopo edita

Quia dignū et iustū est nos agere tibi gratias. (Te igitur clementissime pater p ihesum xp̄m filium tuū dn̄m nostrū supplices rogam⁹) Etiam sacrificiū laudis acceptari: vt laudes vocū substantiale sequatur sacrificium (Rogamus et petimus) Rogatio ostendit humilitatē. petitio cōfidentiā. quia qui aliquid implorat: humilitatē debet ostendere. ⁊ de impetratione cōfidere. Itaq3 supplices rogamus. confidentes petim⁹. Unde scriptū est. Petat a dn̄o nichil hesitans. qui enī hesitat: similis est fluctui maris. Et iterū. Quicquid credentes petieritis: accipietis. (Uti accepta habeas) Accepta. idest grata. ⁊ placita habeas accepta habeas culpis nostris data venia non offensus. immo nostra deuotiōe placatus (Et benedicas). Benedicas multiplicando gratiā. benedicas augendo dignitatē. imo conuertēdo in excellentissimā immortalitatē et incorruptionis creaturā (Hec dona) Hec dona q̄ tibi donamus. vt tibi maneāt per tuā benedictionē firmata Hec dona que tibi donamus: vt apud te consistāt. per tuā benedictionē incorrupta. Hec dona que tibi donamus: vt deus tibi fiant assumpta. siquidē verbum caro factū est. (Hec munera) Hec munera. Solem⁹ illos munerare a quibus aliquid molimur obtinere. Hec mūera quibus in pane terreno muneram⁹. vt obtineamus idē celestē. Hec munera. quibus in corporali cibo te muneramus: vt inde alimentū celeste consequamur. Hec munera: quibus te muneramus in substātia panis et vini. vt p̄cipiamus inde corpus et sanguinē xp̄i (Hec sancta sacrificia illibata) Sancta: q̄a deo oblata. Illibata: q̄a adhuc integra et intacta. Neq3 enī cōtingi debēt donec sumpserint vim sp̄ualem: et conuersa fuerint in christi corpus et sanguinē. Nam prius sumpta: corpus tantū

pascerent. aīe nichil conferrent. Unde qdā supioribus adiungūt quod sequitur sic distinguēdo. Illibata imprimis: idest intacta primū quousqꝫ diuina benedictione mutata: ad salutē sumantur aīe et corporis. Ex hoc verbo āmonemur vt apposit⁹ panis integer sit: et nulla fractionis lesura violatus (Imprimis que tibi offerim⁹ pro ecclesia tua sancta catholica) Imprimis quod superioribus iūgitur scdm predictū sensum. Jungitur etiā inferioribus significando q̄ offeramus hostiā. Primū pro tota ecclesia catholica. deīde pro aliis q̄ sequūtur. (Quā pacificare) ab hostibus visibilibus et īuisibilib⁹. vt nec hominū ꝑsecutionibus ꝯculcetur. nec istinctu demonū crimibus polluatur. (Custodire) iipsa pace (Adunare) Ne scismatibus vllis et heresibus diuidat. sed in vnitate sacramentoꝝ et catholice fidei in omibus tota adunet ecclesia (Et regere digneris toto orbe terrarū) Ut in suis consiliis. disputationibus. iudiciis. decret. institutis. actionibus: nullo decipiat errore. sed ī oib⁹ tuo ducatur moderamine. (Una cum famulo tuo papa nostro. et antistite nostro. et rege nostro. ⁊ oibus orthodoxis: atqꝫ catholice et apostolice fidei cultoribus) De toto descendit ad partes: vt cum īprimis pro tota ecclesia fiat oratio: postea de singulis solliciti simus. sicut superius ostendimus: cum de eo quod dictū est imprimis loqueremur. quod scꝫ superioribus diuerso sensu iūgebatur et inferioribus. Alio nāqꝫ tota ecclesia eget regimine. alio singule ecclesie. et alio singuli homīes. Alia cura rebus exhibenda publicis. alia priuatis. In trib⁹ ꝑsonis pro q̄bus orandū proposuit: hoc obseruandū videtur. vt pro papa et rege orent episcopi. pro papa vo et antistite et rege: reliqui presbyteri (Orthodoxis). i. vita et doctrina recte gloriosis. quorum fama recte dilatatur in populo. merito vite et doctrine non tantum fidem habētibus. (Fidei cultoribus). Aliud est enim fidē habere. aliud fidem colere. Fidem colit qui studet et i-

tendit secundum fidem viuere: cum multi fidem habeant qui hoc non faciunt.

Prima periodus hucusque protensa pro tota ecclesia: et omnibus fidei cultoribus orat. Secunda que hic incipit pro presentibus se accingit: qui sancti sacrificii astipulatores assistunt et cooperatores.

Memento domine famulorum famularumque tuarum et omniū circunstantiū) idest memento eorum quidem quos supra posui. idest omniū catholice fidei cultorū. tam masculorum quam feminarū. et omniū circunstantiū: scilicet qui corporaliter assunt sanctorum cooperatores misteriorum. Neque enim tanta sufficio sacramenta conficere nisi collecte multitudinis adiutus oratiōe quam prius etiā hortatus sum ad orationes dicendo Orate fratres. Et sicut prima periodus a toto descendit ad partes: ita secunda que ab vniuersali procedit ad particulare omēs famuli famuleque vniuersaliter precedunt. omnes vero circunstantes particulariter. et ne presentibus intersint aliqui fidei preuaricatores et viciose vite: subiungitur (Quorum fides tibi cognita est: et nota deuotio) idest qui probate fidei sunt. et religionis vel deuotōis apud te Cognoscere etenim dei approbare est Aliter. Memēto dn̄e famulorum famularumque tuarum. Et quia consequens in quibusdam codicibus inuenitur. N. littera aliquorum fieri memoriam nominatim significatur. Unde quidā vsum tenent hoc in loco memorandi quos cariores habent consequenter subiungentes et omniū circunstantium. vt facta memoria carorum absentiū: fiat et astantium: et omnium circunstantium. Cum primitus sine collecta missе non fierent. Postea mos inoleuit ecclesie solitarias: et maxime in cenobiis fieri missas. Et cum non habeant collectam vllam qua

qua pluraliter salutent. nec plures possunt mutuare sa lutationes conuertũt se ad ecclesiã dicentes se in eccle sia ecclesiã salutare. et in corpore ecclesie totũ corpus alloqui. et virtute totius cõmunionis in ecclesia cõtici sancta misteria per gratiã dei. nec alicubi quemquã fi deliũ qui viuificorꝝ non fiat particeps et cooperator sa cramentorũ: dũ in ecclesie corpore adheret capiti velut vtile membrũ. Secundũ quẽ sensum in hoc loco circũ stantes. accipiũtur omnes vbiqꝫ fideles qui in vnitate totius corporis. et sibi adherẽt inuicẽ et summo capiti vt quicquid boni fiat in toto corpore ab illo nullo mᵒ sit alienus quisquis ab ipso corpore non est diuisus. Sed omne bonũ cuiuslibet membri salubrẽ succũ ministret omnibus totũ corpus vegetante spũ dei. et hoc modo repetitur oratio que prius facta est pro omnibus catho lice fidei cultoribus. solitariis dicentibus frequenter iterandas orationes. vt vel saltẽ importunitate vincat deus (Quorum tibi fides cognita est: et nota deuotio) idest ideo dñe memẽto cir cũstantiũ omniũ: scꝫ fideliũ. ꝙ eorũ vel fides tibi cognita est. ⁊ nota deuotio. sic so litarii hũc locum intelligũt (Pro quibus tibi offerimꝰ vel qui tibi offerũt) Non solum sacerdotes ⁊ clerus qui secundũ diuersos gradus diuinis occupant officiis: offe runt. sed etiam audientes qui votis et orationibus assi stunt cooperatores. et osculo pacis cõmunicant: tanꝙ confirmantes quod actum est. (Hoc sacrificiũ laudis) Uere laudis est diuine hoc sacrificiũ sicut i hoc officio testati sumus. Dignum et iustum: ⁊ equum esse: et sa lutare. deo patri gratias agere et cum laudibus angeli cis precati sumus voces admitti. pro se suisqꝫ omibus. Pro nobis offerimꝰ quãdo hoc sacrificio possimꝰ deũ habere. et tutorẽ contra pericula corporis et anime. et propicium ad obtinẽdos successus bonos: in vtraqꝫ pte pro nostris omnibus quando oramꝰ pro amicis nostris et rebus. Supplicamus enim pro pace amicorꝝ quãdo

sunt in bello. pro tranquillo reditu quando sunt in itine
re. pro sanitate si in infirmitate decumbunt. pro cõuer
sione si peruerse viuũt. et contra alias ĩcommoditates
vt adiuuante deo euadant. pro rebus nostris freq̃ter
in libris missalibus inuenimus orationes. Oramus tẽ=
pore sacrificii contra icendia pro locis nostris. et ꝯtra.
nimiã aeris siccitatẽ: vel tempestatẽ. pro fructibus no=
stris. contra pestẽ pro animalibus nostris. contra alia
damna. pro rebus aliis. Habemus scdm apostolum in
christo consolationẽ presentis vite et future. (Pro re=
demptiõe aiarum suarum) Hoc enim solum sacrificiũ
quo redimi possumus: cuius bonum sufficit contra no=
strum malum. ꝛ quod magis est bonũ q̃ peccatũ nostrũ
sit malũ. et ideo maiori precio redimit nos a malo nr̃o.
(Pro spe salutis et ĩcolumitatis sue) Hoc sacrosanctũ
sacrificiũ nõ solum liberat nos a malis: sed etiam accu
mulat nos bonis. nõ solum eripit nos a penis: sed etiã
gaudia auget salutis et incolumitatis. salutis inq̃ eter
ne animarum. Incolumitatis: idest ĩcorruptionis per=
petue corporum. et hec est pro qua offerimus tam pre
ciosum munus (Tibiq; reddunt vota sua) Offerendo sa
crificium laudis reddunt tibi vota sua. Aliter forsitan
vota sua non redderent: nisi tale sacrificium offerrent.
adiuuantur sacrificii virtute: vt vota queant reddere.
Difficile est comprimere vitia: virtutes in habitu tra=
here. sed vt vota reddere queant sancti deo necesse ha=
bẽt roborari sacrificio potẽti (Eterno deo viuo ꝛ vero)
Ad differentiam falsorum deorum et insensibiliũ quibꝰ
gentes frustra soluebant vota (Communicantes) Tibi
offerunt sacrificiũ laudis. tibiq; reddũt vota cõmunicã
tes. extra cõmunionẽ nãq; non est locus offerendi deo
veri sacrificii: vel vota soluendi (Et memoriã veneran
tes) Aliter enĩ gratũ deo nõ offerimus sacrificiũ. aliter
deo vtiliter vota nõ soluimus: nisi memoriã sanctorꝫ ve
neremur. Qui enĩ sanctos. i. mẽbra xpi nõ honorat: nec
christum qui caput est honorare potest. et qui non ho=

norat filium: non honorat patrem qui misit illum. Ho
noremus ergo caput in membris: deum in sanctis suis
vt eorum meritis precibusq; in omnibus protectionis
diuine muniamur auxilio (Imprimis gloriose semper
virginis marie genitricis dei. et dñi nostri iesu christi.
sed et beatorũ apostolorũ ac martyrũ tuorũ Petri pau
li. andree. iacobi. iohannis. thome. iacobi. philippi.
bartholõci. mathei symõis et thadei. lini cleti clemẽtis
sixti. cornelii. cypriani. laurentii. grisogonii. iohãnis
et pauli. cosme et damiani. et omniũ sanctorũ tuorum
quorũ meritis precibusq; concedas vt in omnibus pro-
tectionis tue muniamur auxilio per eundem) In vene-
ratione sanctorũ hec ratio custodienda est. vt primũ et
super omnes beta dei genitrix honoretur. Secũdo apo
stoli. Tertio martyres: inde alii sancti omnes (Hãc igi
tur oblationẽ) Quia hoc sacrificiũ tibi offerimus ĩ cor
pore ecclesie cõmunicando: et memoriã sanctorũ vene-
rando. igitur hanc oblatõem precamur vt placatus ac
cipias: vt scilz si peccatis nostris prepedimur: cõionẽ
saltẽ sancte ecclesie et sanctorũ tuorũ veneratõe placeris.
ad accipiendũ quod tibi offerimus sacrificiũ (Seruitu
is nostre) Idest cleri qui tibi scdm acceptos gradus in
hac oblatione sacrificii seruimus (Sed et cũcte familie
tue) Idest totius assistentis collecte. Solitarii suple in
telligunt. seruitutis nostre. idest mei cũ discipulo meo
sed et cuncte familie tue: idest totius ecclesie (Quesu-
mus dñe vt placatus accipias. diesq; nostros ĩ tua pace
disponas. atq; ab eterna damnatiõe nos eripi. et in elec
torũ tuorũ iubeas grege numerari. p xpm) Diesq; no-
stros in tua pace disponas Signãter posuit tua. Est eni
pax mũdi. est pax dei. Pax mũdi inutilis est. pax dei sa
lubris. pacẽ cõstituit mũdus: vt libere liceat vti volup
tatibus. pacẽ dat sanctis deus: vt mãdatis intenti diui
nis secure studeãt virtutibus. In supioribus peryodis
prima scz et secunda: orauimus maxie pro ecclesia. pro
dei cultoribus. pro astante collecta. ¶ Hec tertia pe

riodus quā ingredimur maxie occupat circa sacrificiū vt fiat pfectū. et ī aliā mutetur substantiā imortalē et ī corruptā. (Quā oblatōem tu deus in oībus benedictā. ascriptā. ratā. rōnabilē. acceptabilēqꝫ facere digneris.) In oībus benedictā. Benedictā gloria: vt gloriosa fiat. Benedictā imortalitate: vt imortalis fiat. Benedictā incorruptione: vt incorrupta fiat. Benedictā diuinitate: vt deus fiat. Transit ad partes a toto. vt vniuersalis bn̄dictōis ptes iprecet hostie cui vniuersā benedictionē sumat iprecatus. et cū prius posuerit in oībus benedictā: particulariter subiūgit ascriptā: et ratā et rationabilē: et acceptabilē que sūt ptes oīmode bn̄dictionis (Ascriptā) Scimus quia in trinitate q̄ deus est: filius sit splendor paterne glorie ꝛ figura substātie eius. Qui igit figura et imago est patris: patrē imagiat et affigurat. quasi sculptura quadā: vel scriptura in qua pater splēdet. i. plane apparet vt recte filius dicat splēdor eius. Est ergo pater isculptus atqꝫ iscriptus filio: cuius filius figura est et imago. vt filius sit eius scriptū quē sibi hꝫ iscriptū. aliter filius dr̄ scriptū q̄ hꝫ ī se formas oīm rerū Sic ei oīa creata sūt: vt diuini verbi forme digesserūt nec aliter in essentia prodierūt q̄ ī v̄bo sūmo forme dictauerūt. Non sūt ibi aliud forme. aliud ipm verbū vbi nichil est aliud ꝛ aliud. sꝫ oīa sūt idipsū. vt q̄uis forma rū diuersitas itelligibiliter ibi subluceat: nō sūt tamen oīa nisi vnū. et ipsum verbū. q̄uis vbi est vera et pfecta vnitas: ibi tamē ꝑm creatas res quedā apparet diuersitas: sicut est. Semel locutus est deus. in psalmo ꝓpheta duo itellexit ī vno verbo. Uñ scriptū est. Qd̄ factū est in ipso vita erat. factū est de nichilo. erat tamen ī verbo factū est causabiliter. erat tn̄ eternaliter. erat in sūma arte: factū est ī re. viuebat ī rōe artificis formaliter: fctm̄ est ī realitate subsistēdi substātialiter. De nichilo ꝓdiit vt substantialiter esset quod factū est. In verbo viuebat vt formaliter esset anteq̄ sbāliter esset. Factū est multiplex: verbū est simplex. In verbo simplici erat qd̄ mul

tipliciter factū est. Mirabiliter videt̃ ĩ vno pluralitas
in simplici multiplicitas videt̃ et nõ cõprehendit. põt
videri: nequit explicari. quomodo vnū verbū ĩscriptū
sit oĩbus formis oĩm rerū. sicut alibi scriptū est. Cala
mus scribe velociter scribentis. Pater est scriba q̇ ver
bo suo velociter inscribit oĩa. Velociter scribit. quia
alterū pro altero nõ morat̃. velociter scribit. quia sine
mora scribit oĩa. Est ergo filius dei verbū scriptū. sed
et corpus assumptū. recte dicit̃ scriptū. Sicut eñi vox
transitoria scribit̃ vt q̇ p̱ se fugit scripto remaneat. sic
corruptibile a deo scribit̃ cū incorruptū transit. vt qđ
corruptibile transitoriū erat: scripto ĩcorruptõis per=
maneat. Sic ergo corpus xp̃i quoddā scriptū est quod
de carne passibili impassibile factū est ĩ resurrectõne. et
de pane terreno quotidie fit celestis sup̱ altare. Si ergo
in xp̃o et verbo dr̃ scriptū. ⁊ corpus etiā nichilominus
dr̃ scriptū. Quid est ascriptū nisi scripto appositū: scri
ptū est g° corp⁹ xp̃i nõ solū scriptū. sed etiā ascriptū. i.
scripto appositū. ascriptū. idest verbo corpus adiūctū
Cū igit̃ oramus hostiā fieri ascriptā: qđ aliud optamus
nisi vt que adhuc est panis corruptibilis: fiat substãtia
ĩcorrupta. i. de voce fiat scriptū. scripto. i. verbo adiū
ctū. Fac g° dñe nostrā oblatõem ascriptā. i. scriptam
scripto adiūctā. vt preciosū corpus xp̃i fiat v̓bo dei ad
iūcto. ⁊ vnitate p̱sone coniūcta (Ratā) Ratū dicimus
qđ certū et fixū habem⁹. Fiat g° rata. i. nõ remaneat in
stabilis ⁊ mutabūda corruptõe s3 p̱manẽs et fixa fiat ĩ
ĩcorruptõe. ⁊ ideo circa (Rõnabilē) Sãguis tauror̄ et
vitulor̄ nõ sufficit redimẽ nos a pc̄tis. Minor est ei ad
hoĩez. p̱ hoĩe g° rõnali rõnabilis hostia sufficit sola. fiat
g° hostia nr̃a rõnabilis. Siqdē hõ assūptus a verbo ex
aĩa rõnali et humana carne subsistit. Fiat hostia nostra
rationabilis: ne offeratur irrationabiliter. Qui offert
cor habens impenitens: irrationabiliter offert. Sicut
cayn recte qdē offerẽs recte nõ diuisit. qđ emẽdari nõ
studuit. Unde scriptū est. Ad cayn et ad munera eius

non respexit. Nam quem deus non nouit: nec oblatio-
nem eius recipit. pessimi nãq; hostia irrationabilis est
Sicut scriptũ est. Qui non audit legẽ: oratio eius erit
execrabilis. Fiat ergo rationabilis hostia vt rationa-
biliter: idest cũ timore et penitẽtia offeramus. vel fiat
rationabilis: idest pro rationabili et recta vel honesta
causa. Si quis ei offerat cã vt hostẽ occidere vel rapinã
ppetrare queat: rõnabilis non dicitur offerendi causa.
Ideo nec acceptabilis est hostia talis. Hostia ergo nra
et merito offerentiũ et offerendi causa fiat rõnabilis. vt
consequẽter etiam acceptabilis. (Acceptabilẽq;) Non
potest non esse acceptabilis que superiores tres species
recipit omnimode bñdictõis. Non põt deũ odisse deus
sed quia caritas est deus: diligit deũ deus. et accepta-
bilis est hostia deo que deus est. Quid ergo oram' fieri
acceptabilẽ que non potest displicere? Nam que accep
tabilis est per se: displicet pro offerente. Pro offerẽte
respuitur: que q̃tum sua refert acceptatur. Acceptatur
pro sanctis. non acceptat eadẽ pro impiis. Pios adiu
uat: impios dãnat. piis prodest ad salutẽ: nocet impiis
ad dãnationẽ (Ut nobis corpus et sanguis fiat dilectis
simi filii tui dñi nostri iesu christi) Posuerat genus in
oĩbus benedictã. subiũxit quattuor spẽs. ascriptã. ratã
rõnabilẽ. acceptabilẽq;. sed hec oĩa clausa erant. min'
intelligebant. minus placebãt. aperuit ostiũ. patefecit
totũ: sc; vt nobis fiat corp' et sanguis xpi. desinat esse
panis et vinũ. et fiat corpus et sanguis xpi. tantũ solũ
corpus xpi et sanguis est. hostia ĩ oĩbus benedicta. as-
scripta. rata. rõnabilis: acceptabilisq; (vt nobis corp'
et sanguis fiat. Signãter posuit nobis: idest catholice
fidei cultoribus. Nobis. exclusit paganos. exclusit iu-
deos. exclusit hereticos. nobis coĩcantibus. memoriã
sanctorũ venerãtibus. Non est enĩ locus veri sacrificii
extra ecclesiã (Qui pridie q̃ pateretur accepit panem
in sanctas ac venerabiles manus) Accepit panẽ. adhuc

panem nondum carnem. (Et eleuatis oculis in celum ad te deum patrem suum omnipotentem: tibi gratias agens benedixit) Idest corpus suũ fecit. qui prius erat panis: benedictiõe factus est caro. modo caro. ante panis. O miraculum: frangebatur inter digitos: sedens incolumis inter discipulos (fregit) Erat integer et diuidebatur in partes. In manibus tenebat seipsum. et de manibus porrigebat se discipulis edendum. Hoc significabat dauid quando secundum aliam translatõem coram achis rege: se in suis manibus ferebat. sic quotidie christum in altari consumimus et permanet. manducamus: et viuit. atterimus dentibus: et integer est. consumimus. manducamus. et atterimus. nõ tantum specie sed re. nõ solum forma: sed substantia. Ut miro modo consumatur permanens. atteratur incorruptus distribuatur indiuisus. Sicut post resurrectionem palpandum tribuit spũale corpus: cum simili cõtrarietate non sit palpabile quod est spirituale. non sit spirituale quod est palpabile. In specie enim et sapore panis et vini: manducamus et bibimus ipsam substantiam corporis et sanguinis christi. sub eisdem qualitatibus: mutata substantia. nec sub figura et sapore substãtie prior facta sit vera substantia xpi carnis et sanguinis (Dedit discipulis suis dicens. accipite ⁊ mãducate ex hoc oẽs Hoc est enim corpus meum) Accepta benedictione patet ꝙ panis factus sit corpus christi. Non enim post benedictionem dixisset Hoc est corpus meum: nisi i benedictione fieret suum corpus. (Simili modo postꝙ cenatum est. accipiens et hunc preclarũ calicem) Si christus cum accepit calicẽ cene: dicitur hunc accepisse. Unus ergo calix est. hic et ille. nisi enim vnus sit: dici nõ põt in illo hunc accepisse. Est ergo vnus etiam quando in altari manibus accipitur vt benedicatur. et necdũ sanguis est sed adhuc vinũ propter vnitatem fidei ⁊ illius cui scilz et in cuius honore fideliter offertur. Ea enim

fide accipitur quotidie benedicendū vt modo fiat quod tunc futurus erat. Et quia hec fides vna est ī tota ecclesia. et ille vnus cui tunc et modo offertur. ideo et calix cum accipitur etiam ante diuina verba vnus est. sicut et omniū ecclesiarū altare dicitur vnum. quia in eo secundū vnam fidem vnum dominici corporis offert̄ quotidie sacrificiū (Preclarum) Preclarū dicit calicē adhuc vini. vel ꝙ statim fiet preclarus quando sanguis erit. Sicut scriptū est. Calix meus inebrians q̄ preclarus est. vel ad comparationē eius quē obtulit melchisedech. et ceteroꝝ veteris testamēti. vel propter preclaram eius maiestatem: cui offertur. Unde et in sequētibus dicitur. Offerimus preclare maiestati tue (Calicē) Metaphorice. idest quod continet pro eo quod cōtinet̄ idest vas pro liquore vini et aque. (In sanctas ac venerabiles manus. Item tibi gratias agēs benedixit) idest sanguinē suum fecit (Dedit discipulis suis dicens. accipite et bibite. ex hoc omēs. Hic est enim calix sanguis mei) Intransitiue dictum est. et est alleoteta figura. casus pro casu. Calix saguinis mei. ac si diceret. calix. s. sanguis meus. Similiter hic patet ꝙ benedictione factus fuerit sanguis. Ad benedictionē enim premissam subdit Hic est calix sanguinis mei) Noui et eterni testamenti). Nouum enim euangelii testamentum incternū confirmauit sanguine mortis sue. Sic abrahā oblatis ouibus et bobus cum abimelech et phitol principe militie. percussit quinqꝫ oues et boues. percussit ī fedus. vt sanguine animalium et morte: fedus confirmaretur. et iacob fugiens in galaad. facto iuramēto cum auunculo suo laban immolauit victimas: vt sanguine victimarū fedus iuramenti confirmaretur. Et moyses vt confirmaret testamentum quod accepit in syna victime sanguinem aspersit ysopo in totum populum et tabernaculum. Nisi enim intercedente morte: testamentum non valet. (Misterium fidei). Pertinet enim ad fidem

fidem catholicam credere post benedictionez esse vinū et sanguinē. vt ifidelis sit qui hoc non crediderit. Item dicitur misteriū quod sensibus tegit occultū. sicut veritas sāguinis i sapore vini latet et i specie. Calix ergo altaris est misteriū fidei. q̇a sub figura et sapore vini occultus creditur. verus sanguis est misteriū fidei. q̇a quod credit: sensibilibus quibusdā obtegitur. Nā verus sanguis creditur: quod vinū visu sentitur et gustu: est fidei misteriū. q̇a quod fides credit intus est occultum. itus est verus sanguis vera fide. exterius est falsū vinū vera specie. mentit vinū et non est. nō apparet sanguis et est. sensus decipitur qualitate. certa tenet fides rei veritate. Ideo q̇a sanguis dicitur fidei misteriū. quia sanguinē fides credit intus occultū. Apertum est quod sentitur. occultū est quod creditur. ⁊ sic quod occultū est: fidei est. sicut quod patet sensui est. ergo sanguis ē misteriū fidei siquidē occultus ptinet ad fidē (Qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionez pctoꝝ) Pro vobis scz psentib⁹. pro multis. paganos et iudeos discernit: et falsos christianos. (Hec quotiensc̄ūq; feceritis: in mei memoriā facietis) Nam sine hac memoria non conficimus dn̄ici corporis sacramentū. tolle verba xp̄i nō fiūt sacramenta xp̄i. Uis fieri corpus xp̄i et sanguinē: appone christi sermonē. facit sermo veritatis quod dicit. quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit et creata sunt. sine dubio sit indurata q̄ xp̄i sermo dicit de creatura. Est eni omnipotēs sermo tuus o genitor. fit ergo sermone xp̄i corpus et sanguis xp̄i. que quotiens verbo potenti confecta sumimus: mortē dn̄i donec veniat memoramus. et ne sub his misteriis hec memoria fugiat a nobis: subiūgit. (Unde et memores dn̄e nos serui tui) idest qui secundū gradus cleri acceptos officio huius sacrificii deseruimus. vel scōm solitarios. qui hoc i presenti ministramus (Sed et plebs tua sancta) Quod pro veneratione huius sacrificii. hic est

in presenti deuote collecta. vel secundū solitarios. In vnitate ecclesie fideliter vbiqꝫ viuentes. (Eiusdem xpi filii tui dñi dei nostri tam beate passionis. necnō et ab iferis resurrectionis. sed et in celos gloriose ascensiōis offerimus pclare maiestati tue de tuis donis) Donū est ad laudem: dandū etiam si non detur paratū donū est. quod dari potest (Ac datis) Datū vero quod in alteri' possessionē est iam translatū: quod de possibilitate iam prodiit ad actum. quod iam possidetur acceptū. Corp' ergo et sanguis xpi sunt dona a deo nobis parata. Data sunt que vtiliter dari possunt. Dona sunt nostra: sed in celo collocata in xpo. Data vero quando fiunt nobis de creatura panis et vini. Data quando sumimus ī altari. quando reficimur inde spūaliter. Data in celo: data in terra. Dona apud deū in xpo. data sup altare in sacramento. Dona in celo nuda et apta. data in altari tecta sensibilibus et occulta. tamē hic et ibi et eadē et vera. (Hostiā puram). Antique veteris legis hostie de irrationabilibus aīalibus carnales erant. squaloribus spurcitie carnalis. nidoribusqꝫ plene: et dentiū contritione ī feces et stercora cōuerse. Hec aūt hostia pura est. quia q̄uis caro sit vera et sanguis tamen spūalis est: ⁊ īcorrupta. Diuiditur et consumi non potest. cōsumitur: et incorrupta manet. teritur. frangit: illesa et integra est. Hec hostia caro est: et non carnalis. sed īcontaminata lux. et ideo pura. Corpus est et nō corporale: sꝫ spūale lumē. et ideo pura. Pura mūdans, pura purificans. Pura: q̄a diuina purior luce corporea. (Hostiā sanctā) Hostie veteres erant q̄dem sancte. sed nō p se sancte. sꝫ quia typū gerebant huius hostie sancte. Ille impfecte erant: et ideo minus sancte. Ista pfecta: et ideo plene sancta. Ille dimittebāt peccatū vnius populi. Ista tollit peccata totius mundi. Illa erat tantū remissio: ī hac aūt est preciū plenū: et pfecta remissio. Ille īpetrabāt veniā debiti sine solutione: hec reddit debitū plena re-

compensatiõe. Ideo hec plene et perfecte sancta. Ille sancte. sed minus: et imperfecte. (Hostiam immaculatã) Idest sine macula culpe. vtpote cõcepta et nata sine peccato. et deĩde sine culpa vixit in mũdo. ideo imaculata Nata q̃dem est de humana carne: sed sine cõditiõe propagationis humane. ideo immaculata est. sine viro de sancta virgine cõcepta. ideo immaculata est. Concepta sine humano ope: sola virtute diuina. ideo imaculata. Non ei potest initiũ habere culpabile opus quod solus deus fecit. et nõ alius. ideo imaculata. Hoĩs eni q̃ sine humana administratione solo deo autore creatus est: q̃uis de massa peccatrice: exordiũ nõ possumus culpare: nisi deo velimus peccatũ ascribere. ideo immaculata. causam de pura ab omni peccato virgine: credit nat⁹. ideo ĩmaculata. Ex quo eni angelica salutatiõe audiuit gratia plena creditur purificata fide. etiã reliquũ vite custode spiritu sancto vixisse sine omni culpa. ab ĩmaculata ergo sumpta est hec hostia. ideo et ipsa ĩmaculata. Ex hoc loco admonemur q̃ panis appositus altari debet esse candidissimus. et in quo nullus possit inspici neuus. vt hoc appareat in figura quod predicat in substãtia. vt pura et immaculata videatur exterius figura cuius sbã dicitur interius pura: et immaculata (Panẽ sanctũ vite eterne) Cum panem audis. noli putare esse qui fuerit ante benedictionez: ne decipiaris de mutata substantia propter eandem spẽm. prius erat panis: modo non est panis: sed sola caro. sed panẽ dixit quasi diceret cibum. sicut scriptũ est. Ego sum panis viuus et panem angelorum manducauit homo. quomodo panem vite eterne qui sumitur a multis ad damnationẽ. huius panis virtus est fides que operatur per dilectionẽ. Est enim panis misterium fidei. sicut de calice dictum est. Sumptus ergo sine fide non proficit. nam si hic panis est misteriũ fidei. idest occultũ quod sola cernitur fide: quid prodest sine fide sumi quod sine fide nõ cernitur?

oculum perdidisti. quid ceco in archa prosunt diuitie: quid prodest diuitias humane redemptionis in te recõdere quas nõ vides oculo fidei perdito: Unde scriptũ est. Qui manducat et bibit corpus dñi et sanguinẽ indigne: iudiciũ sibi manducat et bibit. Nam ille manducat indigne qui manducat sine fide. que per dilectionẽ operatur. Est ergo hic panis vite eterne. nõ his q̃dem qui tantum ore sumũt. sed his qui etiam mente. non q̃ dente premit: sed qui tangit fide. Unde scriptum est. Noli me tangere. nondũ enim ascendi ad patrem meũ. ac si diceret. his me manibus tangere vis corporaliter noli sic: fidem tuã volo. fide me tange. crede me ad patrem ascendisse. idest me esse equalem patri (Et calicẽ salutis perpetue) Quod diximus de pane idem potest dici de calice. et quod dictũ est vite eterne: et salutis ꝑpetue: idem valet (Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris et accepta habere. sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel. et sacrificiũ patriarche nostri abrahe. et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus melchisedech sanctũ sacrificiũ. immaculatam hostiam) Finis respicit ad principiũ. Supra que. idest sanctum sacrificiũ. immaculatã hostiam respicere digneris. et acceptam habere. ac si diceret. supra respicias. et accepta habeas. Ideo quia sanctum sacrificium sunt et immaculata hostia. vt qui de merito nostro diffidimus maiestate tanti sacrifici adiuuemur. Cur oramus patrem propicium et serenum esse super hanc hostiam et eam acceptam habere. qua nichil habet acceptius. et quam semper propicius respicit: ac serenus. Inde enim scriptum est. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacuit: ipsum audite. Sed ad offerentes hoc est referendum vt qui pro peccatis terrentur et de se diffidunt: hostiam acceptabilem sibi pretendant. et eius scuto se semper protegentes:

sub ea propiciū patrem serenūq; deposcant. et ei se acceptos desiderent sub ea quā nequaq̄ acceptabilē dubitent. vt qui se patri offerre nō audēt. ne malis irritent. Dilectū filiū preponāt vt subeāt: et sub ei⁹ tutela curie patris intromittant. Oramus ergo vt acceptabilis hec hostia sit. placeatq; pro nobis vt cū offerim⁹ quod placet: placetur nobis deus. Unde et exempla sanctoꝝ adhibent abel iusti. patriarche abrahe. summi sacerdotis melchisedech. vt sicut eorū sacrificia deus acceptauit propiciando: ita suscipiat hostiā hanc. nostri miserādo Melchisedech sacerdos sūmus dr. quia inter sacerdotes illi⁹ tēporis p̄cipuus habebat. (Supplices te rogamus oīpotens. iube hec pferri per manus sancti angeli tui i sublime altare tuū i ꝯspectu diuine maiestatis tue Sed hoc mirū est. quomodo oramus corpus et sanguinē xpi in ꝯspectu dei perferri: cū scriptū sit. q̄a christ⁹ semp assistit vultui patris ītercellans pro nobis. et legimus q; christus ascendens ad celos super oīa exaltat⁹ est. sedens ad dexterā patris. Quomodo ergo oramus perferri christū vbi semp est. sed superius vultū patris propiciū et serenū fieri sup hostiā filii rogauimus. non quin filio suo pater possit esse seuerus. sz vt sub occasione filii: patris propiciatōni nos īgeram⁹. vt pro amore filii misereat nostri. et quasi filiū paruipēdat si pro eo nos nō recipiat. ita ꝛ hic rogam⁹ perferri filiū q̄ semꝑ est apud eū pro nobis: vt votū et deuotio nostra ꝑ filiū veniat ad patrē. et virtute tanti sacrificii vota nostra ꝑferant ante conspectū dei: quasi filius ad patrē nō ascēdat: si deuotio nostra illuc non ꝑueniat. Tali rōne rogamus vt sicut christus ante discipulos a terra translatus est in celū: et fact⁹ est īuisibilis a ꝯspectu eoꝝ ipsis post ea missurus spūs sancti donum: ita hec hostia ab altari terreno sup quod immolat: ad altare sublime ante conspectū dei transferatur: vt inde omni bn̄dictione celesti et gratia impleamur. et que visibiliter tractāt ī terra:

inuisibiliter operetur in celo. Hic oblata. ibi accepta. non mutatione loci: vel temporis accessu. vt ceptus ab hoc loco translationis motus: ad aliũ postea perficiat locum. sed sub eodem loco q̇ panis erat fit christi caro. non transfertur loco. vt de pane fiat caro. transfertur tamen ab altari ad celum. quia transfertur de pane ad deum. sed quia deus est vbiq3. nõ fit loci mutatione. vt coniungatur deo de pane facta caro. transfertur intus ad deum inuisibiliter. nec mouetur exterius ab altari visibiliter oblata in altari deuotione hominũ accepta in celo propiciatione dei. Tunc enim a deo quasi accepfatur: quando deus nobis propiciatur. et celestis benedictio nobis ab eo mittitur. sed christus nõ eguit angelorum auxilio quando sua virtute ascendit in celum. Quid ergo oramus hanc hostiam perferri per manus angeli ante conspectum dei cum angeloꝝ officia nõ sint necessaria huic perlationi: Sed hoc quod dictũ est ꝙ ĩ perlatione corporis et sanguinis christi rogamus vota nostra perferri. Sunt enim angeli nobis deputati qui offerant deo quotidie vota nostra. Unde scriptum est. Quia angeli eorum semper vident faciem patris. Oramus itaq3 sub occasione christi perferri vota nostra per manus angeli: vt vota bona ꝑferant boni angeli sub pretextu tanti sacrificii (Supplices te rogamus oĩpotens deus) Supplicamus tibi. icuruamur ante te. obnixius deprecamur. ostende omnipotentiam. extende manum tuã validam. vt que propicio ac sereno vultu respicis: etiam ad iuisibilia et sublimia tua perferantur. et conspectui tue maiestatis admittas. Hic necessitas incuruationis. Hic opus supplicationis. Hic incumbit consummatio totius nostri laboris. vt hec hostia perferat in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Quid est hoc. quid est perferri hostiam in sublime altare tuum: nisi ouem humeris pastoris imponi? Et quid est ouis imposita humeris: nisi homo assumptus

a verbo: et quid est sublimius verbo dei: quotidie assumit fidelis sibi verbum dei participatione huius sacrificii. verbum igitur dei sublime altare est. ad quod oramus hostiam perferri in conspectu dei. et per eam nos introduci. Conspectus dei est verbum patris in quo cōspicit omne quod facit. Nam omne quod agit pater in verbo eius est. nam quod factum est in ipso vita erat. et in principio creauit deus celum et terram. idest ī vbo. et verbo domini celi firmati sunt. Et omnia in sapiētia fecisti. Quid rectius dicitur conspectus dei q̄ sapiētia sua: in qua conspicit omne quod agit: Hostiam ergo pferri in sublime altare in ↄspectu dei quid est: nisi oblationem nostram coniungi verbo: vniri deo: fieri deum et per eam nos a deo assumi: et vota nostra acceptari: (Ut quotquot ex hac altaris ꝑticipatione sacrosanctū filii tui corpus et sanguinem sumpserimus: omni benedictione celesti et gratia repleamur. Per eūdem dn̄m) Habet ecclesia in terra altare visibile apud deū. in celo hostia quam in altari deo offerimus. Deo coniungitur vt sit deus. In hoc sacrificio coniūguntur terrena celestibus. creatura deo. Cum de hoc altari sumimus creaturam accipimus de sublimi deum. Cum hic corpus et sanguinē christi suminus: de celo deum accipimus. in quo omni benedictione celesti: et gratia replemur. Sumimus hic visibiliter corpus et sanguinem christi. sumimus inuisibiliter de celo quo perlata sunt benedictionem et gratiam dei. Sumimus inq̄ benedictionē et gratiam. Siquidem digne sumimus christi corpus et sanguinem. Nam qui indigne sumit: ore quidem sumit et dente terit corporaliter. sed nichil proficit spiritualiter. immo qui corpus et sanguinē domini accipit indigne: iudicium sibi manducat et bibit. Ideoq3 rogamus vt quotquot ex hac altaris parti. scilicz corpus et sanguinem sumpsimus. inde quo perlata sunt omni benedictione et gratia repleamur. Hac tertia per eūdē

quã in confectione corporis et sanguinis christi sudaui hucusqꝫ finita. sumit exordium huic quarta . que cõfec to corpore et sanguine christi: redit ad rogandum pro viuis et mortuis: fidētior exaudiri patrocinio sacrificii (Memento domine famulorum famularumqꝫ tuarum qui nos precesserunt cũ signo fidei et dormiunt in sono pacis) Hic solet fieri memoria amicorum ⁊ familiariũ defunctorum (Ipsis et omnibus domine ĩ christo quiescentibus locum refrigerii. lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Per eundem christum dñm nostrũ amẽ) Ipsis quorum memoriam egimus: et postea reliquis omnibus indulge. sclꝫ qui officium huius sacrificii celebramus presentes. vel secundum solitarios qui in corpore ecclesie per totum orbem terrarũ fideliter tibi seruimus (Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationũ tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris cum sanctis tuis apostolis et martyribus. cum Johanne. stephano. mathia. barnaba. ignatio. alexandro. marcellino . petro. felicitate. perpetua. agatha. lucia. agnete. cecilia. anastasia. et cum omnibus sanctis tuis. intra quorum nos consortium non estimator meriti. sed venie quesumus largitor admitte. Per christum dñm nostrum. amen) Totum hunc textum nescio facere verbis aliis planiorem (Per quem hec omnia domine semper bona creas) Per quem dictũ est relatiue. ad hec quod dixerat Per christum dominum nostrũ. Sed mirum est ꝙ dixit pluraliter hec omnia bona. cum corpus et sanguis christi non sint nisi vnum. sed in vno christi corpore sunt multe forme vt vna sit substantia et figure multe. Quot enĩ apponuntur panes: tot manent figure substantiarum pluralitate conuersa in vnum corpus christi: vt visibiliter appareat pluralitas vbi est inuisibiliter substantie vnitas. et vnum indiuiduũ in substantia vbi multiplex est in figura. Apponuntur panes figura plurales.

et substantia fit corpus christi. manet pluralitas figura
rum. cessat substantiarum pluralitas. Est vnum indi=
uiduū. apparent plura. Proinde modo sicut est modo
sicut apparet de corpore christi loquimur. sepe dicim⁹
in distributione dominici corporis. hostias multas ex
pendimus. vel in pluribus hostiis multos vno christi
corpore reficimus: in vno versiculo monstrantes et eo=
rum que apparent pluralitatem. et ipsius substantie in
uisibilis vnitatem. Cum hostias plures et vnum dici=
mus corpus. sed et in hoc loco dicimus hec oīa bona.
omnes sclʒ hostias quas in toto orbe immolat ecclesia.
que quidem si sensibiles intueris qualitates īfinite sūt
numero. Si substantia sanguis est vnus: et vna caro q̄
semper a deo creātur. quia que semel verbi sui corpus
creauit de virgine: quotidie de pane creat eius carnem
et de vino sanguinem. (Sanctificas) Sanctificat quo=
tidie oratione sacerdotis et cooperatione spūs sancti.
(Viuificas) Quotidie viuificat corpori ianimato prius
dans vitam. Unde et prius dicebatur rationabilis hec
hostia (Benedicis) Quotidie benedicit secundū q̄ su=
perius precabamur: eam in omnibus fieri benedictā ꝛ
quattuor subiūgimus species benedictōis. (Et prestas
nobis) Quotidie p̄stat nobis corp⁹ filii sui. qa quod est
apud patrē in sublimi: quotie p̄stat nobis in altari. ꝛ qd̄
apud eū donū est ī celo: apud hoīes datū est ī terra. dat
hoibus ī figura panis: quod in celo et ī terra ꝯsistit ī va
sbā carnis (p ipsū. ꝛ cū ipo. ꝛ ī ipo est tibi deo pr̄i oipo
tēti ois honor et gloria ī vnitate spūs sci de⁹ p oia) Per
quē pater de pane carnē creat: sctificat: viuificat: bn̄di
cit et prestat. Per eūdem ipsū filiū est deo patri cum
spū scō ois honor ꝛ gloria. Est honor et gl̄ia pr̄i p filiū
sicut scriptū est. Pater manifestaui nomen tuū hoibus
quos dedisti michi. et pater clarifica filiū tuū: vt filius
tuus clarificet te. habet etiam gloriā et honorēꝫ pater
cum filio cū quo indiuisam habꝫ potentiā et diuinitatē.

Nam cum quo habet omnia: cum ipso habet et honorē:
et gloriā. habet etiam in ipso honorē et gloriā pater in
quo est. Nam scriptū est. Pater in me est: ⁊ ego ī patre
quia pater in me. Ideo quicquid habet pater: habet in
filio. Non enī habere potest nisi in ipso in quo est (Ore
mus preceptis salutaribus moniti). Cohortatur orare
subdens causam. quia sumus inde precepto salutari ad
moniti. Lege euangeliū et inuenies preceptū cur hanc
solam orationē p̄cedit adhortatio. cum plures ī hoc ca
none faciamus. et ad nullam hortati sumus. q̄a ille sūt
inferiores et humana ratione cōposite. hec perfecta et
a solo dño formata. Unde sequit (Et diuina institutiōe
formati) Sicut euangeliū narrat dn̄m rogabāt apostoli
doce nos orare. et dñs informauit eos huius orōnis in
stitutione (Audemus dicere) Audacia videret et pre=
sumptio hoīes diuina. et īfirmos ꝑfecta proponere nisi
essemus formati diuina institutione. Audemus g° obe=
dientia non audacia. Audētes obediētia laudandi sūt
audētes audacia rei sunt. Ausus obediētie bonꝰ. ausus
supbie malus. et sicut orandi causa subiūcta est. q̄a pre
ceptū est. ideo audendi causa p̄cessit. quia inde sumus a
deo formati. dicentes Oremus. quia inde sumus p̄cep
tis salutaribus moniti: et audemus dicere. quia inde su
mus diuina institutione formati. Nā inde oramus. q̄a
inde preceptū accipimus. et ideo audemus. quia nos
pauidos ad hoc deus animauit. dedit preceptū orandi
ad salutem. dedit fiduciam audendi propter timorem.
(Pater noster qui es in celis) Dominicā orōem nō ex=
pono: quia multos patres exposuisse reperio. nec opor
tet hic ponere: quod multis in locis promptū est inue=
nire. (Amen. libera nos quesumus dñe ab oībus malis.
p̄teritis. presentibus et futuris. et ītercedente beata et
gloriosa sempq̄ virgine maria. et beatis apostolis tuis
petro et paulo atq̄ andrea cum oībus sanctis. da propi
cius pacem in diebus nostris. vt ope mīe tue adiuti

et a peccato simus liberi. et ab omni perturbatione securi. Per eũdem dñm nostrum iesum christũ filiũ tuũ qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus per oia secula seculoꝝ amen. Pax dñi sit semp vobiscũ Et cum spũ tuo. Agnus dei qui tollis peccata mundi. miserere nobis) Facta confirmatione dominice orõnis dicendo amen. totus textus qui sequitur pro venia peccatorum orat et pro pace. sumpto principio suo de fine dominice orationis que orat contra peccata: dicendo. Sed libera nos a malo. Inde sequens textus icipit pro peccatis: dicendo(Libera nos quesumus dñe ab oibus malis) Inde sequitur pro pace(Da propicius pacem in dieb⁹ nostris) Inde pro peccatis nostris(Ut a peccato simus liberi) Inde pro pace(et ab omni perturbatione securi) Iterum sequitur pro pace(Pax dñi sit semper vobiscum) Unde pro peccatis bis iteratur Agnus dei qui tollis peccata mũdi miserere nobis. Inde pro pace (Dona nobis pacem) Et sic finis ꝛ consummatio sacrificii fit de pace: vt maneamus in pace. Unde et in consummatione sacrificii osculum pacis sumimus. quo et nostrũ in sacrificio assensum participatione ostendim⁹ et ꝙ debeamus in pace manere significamus.

Sacri canonis misse expositio a magistro odone Cameracensi episcopo edita finit feliciter. vtilis admodũ viris ecclesiasticis. Impressaqꝫ in domo regalis collegii nauarre in campo gaillardi. Per Guidonem mercatoris. Anno dñi millesimo quadringentesimo nonagesimo. Die vero xvi mensis augusti.



¶ Expositio canonis misse. ¶ Te igitur clementissime pater per iesum



